

www.e-rara.ch

Quinti Horatii Flacci Poemata omnia

Horatius Flaccus, Quintus

Friburgi Brisgoiae, Anno 1549

Zentralbibliothek Solothurn

Shelf Mark: ZBS Staal 237

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-89747>

[In epodon annotationes.]

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

80 IN IIII. CAR. HORAT,
Rectum euaganti frena licentiæ Iniecit.
Quidam pro euaganti, legunt, & uaganti, quod
mihi displicet. Placet autem ordo Porphyriionis. Iniecit
frena licentiæ ordinem rectum euaganti.

¶ Edicta rumpent Iulia.

Recte hoc Badius de Iulio intellexit cum Suetonio: ma-
xime enim laborauit Augustus, ut rata essent, quæ Iulius
instituerat. Deniq; considerandum lectori, quæ uerum sit,
quod Acro ait: Profestos dies dici, qui sint ante festos,
cum Festus Pompeius dicat profestos dici non festos.

ANNOT. IN IIII. CAR. FINIS.

IN Q. HORATII

EPODON LIBRVM HENRICI
GLAREANI ANNOT.

ODE I.

Mira est hic, ne dicam monstrosa, Acronis ac
Mancinelli de Epodis interpretatio, quam
persequi non uisum est operæ pretium. Epodi dicuntur
(inquit Diomedes) συυενδο χινῶς à partibus uera-
suum quæ legitimis & integris uersibus est cōstrueti,
id est, accinuntur. Hæc inter reliquas multas, placet in-
terpretatio: συυενδο χινῶς aut dixisse uidetur, quod
à parte denominatio est totius. Huiusmodi cantilenis
etiam barbaræ nationes utuntur, quanquam non pro-
sus ad eum modum.

Amico

¶ Amice propugnacula.

Nimis argutus est hoc in loco Porphyrionis ordo, si modo eius est, ac nō alicuius impostoris: sed à Mancinello recte redargutus. Idē iudico de bis posita coniunctio ne, si, in quinto sextoq; uersibus: nā sit, nō si legendū est in quinto uersu, quātumuis hic repugnet Mancinellus.

¶ Vtrumne iussi persequemur otium

Non dulce, ni tecum simul.

Huius quæstionis duæ sunt partes, otiumne persequar, an laborem tecum subeam? Otium tu iussisti, laborem autem ferre strenuos decet uiros. Tandem post de liberationem intulit: Feremus, & te uel per Alpium iuga, &c. Deliberauit itaq; se iturum. Hæc ideo diximus, quod commentatores hūc locum indignissime tractant, præsertim Mancinellus cum suo corpore, & mēte, præter authoris & sensum & mentem. Quem quidem doctum ac diligentem uirum miror, cur Epodon legem ita prorsus ignorauerit, ut lamborum locum, atq; ad eō carminis lambici rationem confuderit, quæ apud hūc Poetam optime habet. Quippe qui locis paribus nullo alio usus sit pede, quàm lambo ac Tribarchy. Quare in hoc uersu, Roges tuum labore quid iuueni meo: non legendum est laborem in accusandi casu, ut Badius legit. nec in quinto post, Non ut sit auxiliij, pro, non ut adsit auxili, ut Mancinellus ex antiquo codice male allegat: Carmen enim non patitur, quantumuis uetustus indicet codex. Adsit enim legēdum est, & auxili Synæresis est.

¶ *Circæa tangat mœnia.*

Thusculum intelligendum (inquit Porphyrio) quasi Poeta non nominet Thusculum. Quid si hyperbole est, ad nimis longam uillam ostēdendam, à Tusculo Circæi usq; promontorium etiam in Latio? Ut Ode 16. lib. 3. Quam si Mygdonijs regnum Halyattici Campis contineuem. Quod etiam innuit Acro, sed obscure satis. Nolo, inquit, continuare agros Tusculanos usq; ad Circæum.

ODE II.

¶ *Inutileisq; falce ramos amputans,
Feliciores inserit.* Acro putatorem intelligi

nult, Mancinellus insitorem, Ego utrunq;.

¶ *Non Attagen Ionicus* Iucundior.
Mancinellus supplet uerbū est, At ego puto construe-

endum, Non iucundior descendat in uentrem meum.

¶ *Hæc ubi locutus.)* Hic recte admonet Mancinellus distinguendum ac supplendum uerbum sum. Ceterum idem author ad hoc carmen, Libet iacere modo sub antiqua ilice, ait Acronem, Porphyrionem, & Diomedem hæc superioribus cōiungere: quod nescio quā uerum sit, si hæc totius propemodū odes uerba Alphij faciant, ut Porphyrio planè fatetur, sed iudicet lector. Hoc elegans est in nostro annotatore, qui in hac ode bis supplet, &, coniunctionem, semel post illud *Dime-*
trum, Pernicis uxor Appuli. Iterum post illud trimes-
trum, Omnē relegit Idibus pecuniam. At in neutro opus
esse, Badius illi satis luculenter ostendit. Ita q; nos de eo
dicere

dicere super sedebimus. Eiusdē audaciæ est, quod sequente ode, uersu quinto. Queis pro quid legendum idem annotator putat, non existimans Horatianum candorem id habere, ut quid ueneni legatur, egregius uero iudex.

ODE V.

¶ At o deorum quisquis in cælo regis.

At uacat, inquit Acro. Mihi uero minime uidetur uacare, sed esse particula ex abrupto loquentis, ut planū euadit ex hoc Virgilij, quod idem Acro adducit.

At tibi pro scelere, exclamat, pro talibus ausis.

Quasi qui plura prius secum animo uoluerit, ut nihil est cogitatione celerius, tandem in hæc proruperit uerba. Sed & alij hoc notarunt. Caterum hoc in loco, quisquis, legunt doctiores, etiamsi alteram lectionem, quicquid, non relinendam putem.

¶ Herbasq; quas & Colchos atq; Iberia.

Colchos, inquit Acro, ciuitas Ponti est. Porphyrio autem urbem Thesaliæ facit. Sed librariorū culpa hoc accidisse arbitror, qui ex regione urbem scripserunt. De Iberia idem in Acrone uitium. Sed & de Veia in eodem tres loci in meo codice corrupti erant, quos omnes emendare nō potuimus: pro exacta tamen legūt omnes exerta, quod & mihi magis arridet.

¶ Interminato cum semel fixæ cibo.

Interminato, id est, interdicto, exponit Acro: ut sit a uerbo interminor: quod compositum est ex inter & minor. Mancinellus & Badius ex in & terminor. com-

84 IN Q. HORAT. EPODON

positum putarunt, non recte, mea quidem sententia.
 ¶ Indormit unctis omniū cubilibus Obliuione pellicū.
 Manifesta amphibologia. Porphyrrio ita ordinat:
 Indormit cubilibus unctis obliuione omnium pellicum,
 ut genitiuus omnium pellicum regatur ab ablatiuo obli-
 uione q. d. iacet in cubili suo oblitus omnium pellicum.
 Pellices autem Canidia pro se sola dixit, ut idem ait. Alij
 uero ita ordinanda putant hæc uerba: Indormit cubili-
 bus omnium pellicum, unctis obliuioe: ita ut genitiuus
 omnium pellicum, regatur ab ablatiuo cubilibus. q. d.
 Ego, quæ uelut uxor sum, ab illo contemnor: ceterum
 ipse securus apud quaslibet pellices (ita uocat reliquas)
 uersatur: quarum cubilia probe munita uidetur aduersus
 mea incantamenta: Idq; sequentia uerba compro-
 bant, Ah ah solutus ambulat, quasi iam resciscat.

¶ Nec uocata mens tua.
 Maris redibit uocibus. Porphyrriōis expositio
 hoc in loco prior, magis simplex uidetur. Quidam, redi-
 bit, & uocata, ad alias incantatrices referunt, quod ui-
 detur coactius. Sed lectori hoc iudicandum relinquimus.

ODE VI.

¶ Quin huc inanes, si potes, uertis minas?
 Quin Mancinellus exponit, id est, potius, oblitus q.
 Valla, cuius studiosus lector fuit, exponat pro cur nō.
 Ideoq; hic locus interrogatiue legendus: quod nec Badius
 animaduertit, qui uerte & pete legit, pro uertis & pe-
 tis, male utrunq; cum nec carmen nec sensus patiatur.

ODE

ODE VII.

¶ Nec fuit leonibus
Unquam, nisi in dispar feris.

Quidam pro unquam legunt nunquam. Porphyrio etiam exponit dispar dispariter. Mihi placet ut feris sit adiectiuum ad leonibus, & dispar intelligamus genus. Ut sit ordo: neq; unquam hic mos fuit feris leonibus, nisi in dispar genus. Et sanè hic est sensus simplex ac uerus.

ODE IX.

Vel ex hac Ode liquet odas non esse scriptas ita tem-
pore posteriores, ut sunt ordine librorũ. Eandem enim
Augusti uictoriam tractat lib. 1. Car. Ode penultima.

¶ Hac Dorium, illis barbarum. Superfedissem
sanè de illis quicquam dicere, si non Porphyrio bis repe-
teret de modis, Treis (inquiens) species omnium carmi-
num supra diximus, Ionicum, Lydium Barbarum. Hoc
enim ode ultima libro 4. etiam docuit. Cæterum in Por-
phyrionis uerbis pro Lydium ego Dorium lego. Et Ly-
dium in Ionico modo intelligo: nõ ob hoc tantum, quod
Ionia in Lydia erat, sed quod modi etiam similes, ut po-
puli utriusq; mores. Loquitur autem Prophyrio hic uul-
gato more. Erant siquidem tres modi uulgares, ut nunc
quoq; cantorum ac ludionum uulgas habet, ut, re, mi,
hoc est, Ionium in ut, Dorium in re, Phrygium siue Bar-
barum in mi. Nam Mixolydium non norunt etiam ali-
quanto doctiores Musici, & pauci nostra ætate uulgo
tenores ad eum modum componere possunt. Nempe ut

quarta Diapente speciei, superne annectant primam
 Diatessaron speciem. Ad quem modum ueteres Eccle-
 siastici miras effinxerunt cantilenas, hodie uel nullae, uel
 paucissimae ad eum modum à Symphonistis produuntur.
 A ueteribus tamen sumptas elegantissime componunt.
 Ceterum septem esse tropos siue modos nemo est qui
 ignoret, qui septem illas diapason species norit, à septē
 literis maioribus ad septem minores. Nostra etas uocat
 septē essentiales literas. Tres porrò modi Dorius, Phry-
 gius, ac Lydius, suos habent subiugales, hypodorium,
 hypophrygium, ac hypolydium: cū quibus habent com-
 munia diapente systemata. Sic enim sex sunt modi, quibus
 additur Mixolydius, ut fiant septem. Verum ille, si
 inferne ad eius diapente annectes diatessaron, ut ipse
 superius habet, prorsus recidit in Dorium modum. Itaque
 proprie Mixolydius, non habet subiugalem ab alijs dia-
 stinctum natura, sed meditatione duntaxat, id quod ex
 hac quae lōgè est argutior theoria, facile intelligitur. Si
 quis enim oēs diapason species mediet & harmonicās,
 & arithmeticās, quae quidē mediari possunt (secunda
 enim species Diapason harmonicās mediari nō potest,
 nec sexta arithmeticās) fient duodecim modi, quibus
 nostra etas utitur, sed appellatio manet à septem spe-
 ciebus Diapason, ut supra docuimus lib. 3. Haec commen-
 tatores docere debebant, sed nihil de ijs intelligunt. Nec
 ego quicquam dicerem nisi hi carminū libri essent, ubi
 illa explicari conueniebat, sed nunc desinam, ne uidear
 ostentator

ostentator, q̄ uitium à me ita puto alicum, ut nullum magis. Mancinellus putat satis esse si quid de Doribus afferat, & quis primus tibiam inuenerit, quasi hoc multum pertineat ad explicationem huius difficultatis.

¶ Puppes sinistrorsum citæ.) Placet quod Porphyrio hoc loco docte differit. Mancinellus ait sinistrorsum dictum de nauibus Cleopatræ, quæ post sinistrum cornu in portu steterint, quod nescio ut intelligendum. Si enim ab oriente in occidentem uersa steterit Antoniana clas̄is, nimirum portum Epiri, ad dextrũ habuit. Acro celerrime pensum absoluit, ait enim: puppes sinistrorsum citæ, id est, ueloces ad fugiendũ. Hoc quoq; dubiũ, citæ nomẽ ne sit, an potius participiũ à cicero, lector ipse dispiciat quid sequatur. Quod aut̄ paulò ante per Gallos Mancinellus Galatas intelligit, placet. At quæ ex Ephoro apud Strabonẽ citat, de Gallie magnitudine usq; ad Gades, huc loco nõ quadrant. Neq; Galatia Gallicæ pars est, ut inepte collegit. Sed hæc non est opus conuincere multis argumentis apud Geographiæ peritose: apud indoctos aut̄ nihil proficies quantumuis lucteris.

¶ Cui super Carthaginem.) Hic Acro historiã adfert incerto authore: quæ si uera esset, facile in eius concederem sententiam. Sed nihil eiusmodi apud classicos, ut puto reperiatur. Ego propemodũ adducor à Poeta hoc dictũ ad hunc sensum: Cui uirtus sepulchrum condidit super Carthaginem: quasi diutius duraturum quàm ipsa Carthago, quod etiam uerum est. Quidam legunt,

88 IN Q. HORATII EPODON
neq; Africano; quidam, Neq; Africanum. Si Africano le
gatur, necesse est, ut intelligatur, bello. Verum sic in ep
te subijcitur, Cui bello uirtus Romanorum condidit se
pulchrum super Carthaginem, cum hic sit ducum com
paratio, non urbis ad ducem. Badius legit Africanum,
quod est expeditius, duriusculum tamē. Lector iudicet.

¶ Aut ille centum nobilem Cretam urbibus.
Ille Metellus (inquit Acro) siue Antonius. De Me
tello ineptum est hoc loco intelligere.

¶ Metire nobis Cæcubum) Id est, imple uini
banum (idem inquit) quod aduersum nauseam proficit.
Porphyrio autem, quia austerissimum est Cæcubum uin
num, inquit, merito nauseam coercet, Quæ duo quæ
concordent, iudicet lector: nam ego planè nō intelligo.

ODE XIII.

¶ Nobilis ut grandi cecinit cētaurus alumno.
Nobilem Chironem dicit (inquit Acro) cuius umbrā
ponit Achilli prædicentem fata sua. Ego quid sibi uelit
non admodum intelligo. Puto autem fingere Poëtam
hæc uerba Chironem cuius alumni aspidem canere
ut nutritium.

¶ Findunt Scamandri flumina.) Scamander
(idem inquit) fluuius Europam ab Asia diuidere dicit
tur, ideo posuit findunt. Risi cum hæc legerem, nō tam
ipsum authorem, quàm impostorem aliquem: quippe
qui uix puto Acronem tam indoctum fuisse, ut hæc ita
delirarit.

O D E XV.

¶ Lentis adhærens brachijs. Acro hæc uerba
ita colligit, quasi ad puellæ iuramentum pertineant.

Ait enim iurabas arctius te mihi coniunctam fore quam
ilici hederam: cum Poëtæ uerba aliter sonent. Nempe
cum illius lentis brachijs adhæreret arctius atq; hederæ
procera astringitur ilex, Tum illam iurasse, &c. Badius
lentius legit, exponitq; adhærentius: sed nemo in hoc
eum sequitur, atq; ipse uariè hoc in codice excudit.

¶ Nam si quid in Flacco iuri est.

Mancinellus uiri est, exponit, ueneni uel naturalis
uirtutis, non attendens hic Iambum esse oportere, nec
Spondeum hic locum habere. Virus autem pro ueneno
primam producit, ut illud Virgilij declarat:
Ille malum uirus serpentibus indidit atris.

O D E XVI.

¶ Altera iam teritur bellis ciuilibus ætas.

A morte Tyberij Gracchi, quâdo primum bellum ci-
uile fuit, authore Dionysio, ad finem usq; bellorum ciui-
lium, intercessere anni centum ac duo. Itaq; Porphyrio,
altera ætas, id est, alterum seculum recte exponere uide-
tur. Acro aut Marsos primùm mouisse bella innuit: ideoq;
ætatem accepisse uidetur pro tertia cetenarij parte, ut
Herodotus tradit lib. 2. Erant aut ab eo bello usq; ad fi-
nem bellorum ciuiliū anni plus minus sexaginta. Ideoq;
iâ teritur (inquit Poëta) altera ætas, nondū exacta erat.
Quæ iccirco annotâda duximus, ne temere damnemus.

91 INTQ. HORAT. EPODON
quæ aliquo pacto iustā habere possunt defensionem. Et
certè à Poeta quædā ita ambigue prolata sunt, ut studio
quæfisse uideri queat, ne desit Gramaticis de quo rixen

¶ Nouisq; rebus infidelis Allobrox. (tur.
Vel hæc exemplo esse possunt eorum quæ iamiam
diximus. Videtur enim Horatius dicere: Quam neq; Cas
tilina perdere potuit, qui propè totam concitasset Gale
liam in Remp. At Allobroges laudandi, qui nouis rebus
suam fidem non dedere, sed honestum utili prætulere.
Possunt autem alia esse lectorum iudicia. Acro enim ex
ponit nouis, id est, magnis, quod mihi displicet.

¶ Impia perdemus deuoti sanguinis ætas.
Hic concluditur (inquit Porphyrio) sententia inde
cœpta: Quam neq; finitimi ualuerunt perdere Marf;
Quare miror quid Mancinello uenerit in mentē ut supra
pleret accusatiuū nos. ait enim: ordo est: Perdemus nos
impia ætas sanguinis deuoti. Badius nō neglexit. Apud
autem idem Mancinellus Taciti uerba de cœruleis Ger
manorum oculis, quàm quidam alius de Britannis Cæs
aris uerba adduxit.

¶ Nefas uideri.) Legendum uidere propter car
men, quantumuis reclamant codices. Neq; enim alios pe
des præter lambum hoc loco recipit.

¶ Aut melior pars.) Melior pro eo quod est ma
ior dictum est, ait commētarius hoc in loco Porphyrio
nis, ut habet quidā codices, at ego Acronis puto. Nā Pro
phyrio postea ad hoc carmen: Aut pars indocili melior
grege

gregre, mollis & expes Inominata perprimat cubilia:
 Aut omnis ciuitas eamus, inquit, aut pars maior remane
 at, quæ mollis animi et sine spe est. Hæc ille. Ergo melior
 exponendū pro senior. ¶ Phocæorum.

Velut profugit execrata ciuitas.

Agros Porphyrio coniungit, ciuitas execrata a
 gros atq; lareis patrios, quod placet. Hic libet ridere no
 strum nugonem ac insignē fatuum, qui hoc in loco tria
 mutare ausus est uerba, nulla motus ratione, quàm q; ita
 placuit, post, ciuitas addit, quæ: (hoc enim habet ille,
 ubiq; aliquid hiat) & ite legit pro ire: suadete pro suade
 re. Mirum uero q; ille sibi placeat hoc inuento: tanta in
 alieno opere est audacia. Phocæorum autem cum diph
 thongo puto scribendum, pro Phocæorum, à nominati
 uo Phocæus. Vbi notandum, Phocæam esse nomen ur
 bis Ioniæ in Asia: unde denominatiuū Phocæus, græce
 Φωκæεύς apud Herodotū, & Φωκæεύς apud alios,
 Latine Phocæenses tetrasyllabon. Longe uero alia est re
 gio Phocis in Græcia: unde denominatiuū Φωκεύς uel
 Φωκινός. Verū hic scribendi error ita inualuit & in la
 tinis, & in græcis codicibus, ut planū sit illos hanc disse
 rentiā uel ignorasse, aut obseruare noluisse. Mancinela
 lus etiā hystoriam hanc narrans de Massiliensium ori
 gine, nomina, regionesq; cōfudit. Nihil enim hic de Pho
 censibus in Græcia, ut ille narrationem incipit. Verum
 hystoria nota est apud Herodotum libro primo in Stra
 bonis græco codice iam Φωκæεύς leges, ians

92 IN Q. HORAT. EPODON
φωκείωσι pro φωναιέωσι, cum de Ionicis loquitur,
sed errore librariorum haud dubie. A Phocænsibus
est adagium φωναιέωυ ἀπέ, id est, Phocænsium exe-
cratio, de quibus hoc loco Poeta, & à quibus Massilien-
ses in Gallia Narbonensi originem trahunt. A Phocensi
bus autem regionis Græciæ alterū est adagiū φωκείωυ
sive φωνικὴ ἀπόνοια, id est, Phocensium desperatio.
De his erudite D. Erasmus in Chiliadibus.

¶ Laboriosa nec cohors Vlyssæi.
Metri causa (inquit Porphyrio) separatio, id est, dia-
resis facta est, ut materiai & pictai solet dici, nisi forte
ita declinauit ut dici. Nam utrunq; nomen uidemus pro-
ducta syllaba terminari. Ita & παιδο post Achillei dis-
xit. Hæc ille. Quæ uerba ego planè non intelligo: Cum
nomina tertiæ declinationis τῶυ συννημένωυ apud
Græcos in nostrā latinam traducta, ei habeāt in geniti-
uo, ut Orpheus Orphei, Tydeus Tydei: Ita Achilleus
Achillei, & Vlyssæus Vlyssæi. Mirū uero quod in sextam
Oden libri primi nihil eiusmodi notauerit hic noster
Porphyrio ubi est: Nec cursus duplicis per mare Vlyssæi
ut suspicer hæc corrupta esse. De datiuo autem græco,
non est dubium quin & si diphthongum in eī resoluta
habeat. Sed & dici ineptum exemplum esse uidetur.

ODE XVII.

¶ Ergo negatum uincor, ut credam miser.
Quidam legunt, ego, pro ergo: & connectunt, nega-
tum corpus, quod sequēte uersu sequitur. Sed magis mi-
hi

hi placet, ut ergo legatur: exponaturq; negatum, id est, ut negem. Sabella autem carmina pro Marsis non exponam, quod proxime sequatur: Caputq; Marsa disilire nenia, etiamsi ita exponat Porphyrio, ac cum secutus Mancinellus. Quanquam Mancinellus parum memor est quid ipse exposuerit lib. 3. ode 6. ad illud: Sabellis docta lignonibus. Vbi ex Plinio ostendit Samnites etiã Sabellos dictos, à Græcis Saunitas. Tolerabilius erat si Sabina hoc loco exposuisset, ut Seruius tertio Georg. facit ad illud Virg. Dentesq; Sabellicus exacuit sus. Quanq̃ in huius odes commentario quædã Acronis, uidentur commixta Porphyriõis uerbis, aut assuta ab aliquo imposto re: ut illud ad finẽ de, exilis: neq; ego Porphyriõne hoc ignorasse puto, uerbũ uidelicet esse, nõ nomẽ. Neq; enim duo epitheta uni tribuuntur substantiuo absq; copula.

IN CARMINE SECVLARI,

Angelus Politianus Miscellaneorum cap. 58. eleganter ac diserte de his differit ludis. Cæterum seculares ludos, non quod fierent anno uel centesimo deniq;, uel etiam centesimo decimoq; nuncupatos putat: Sed ob id magis (inquit) q; plerunq; semel hominis ætate fierent, ut multa alia, quæ rara sunt, post seculũ euenire loquentium consuetudo usurpat. Hæc ille. Quasi uero non et seculum hominis, centum intelligantur anni. Nam ætatẽ hominis intelligere seculũ, ne ipse quidem Domitio Martialis cõmentatori concedit. Ego seculũ centũ annos intelligo, ac inde seculareis dictos ludos. Actatẽ uero hoĩs

94 IN Q. HORAT. EPODON
esse triginta tres annos, ac mensis quatuor, ut ex Hero
dato lib. 2. docuimus, uidelicet in singula secula ternas
hominum etates. Et apud Herodianum recte dictum,
trium spatium etatum solitos instaurari ludos seculares.

¶ Rite maturos aperire partus.) Aperire, id
est, edificare, exponit Acro. Sed id ego corruptum pu
to. Idem Acro paulo post, decies undenos annos centum
dixit, inquit. Quare puto Acronē legisse, non undenos,
sed ut denos. Et sequenti uersu: Et cantus, non ut cantus
quod placet. Rursus itē postea. Ilias turmas referri posse
putat ad Iliam matrem Romuli, quod ego ne utiquam
puto. Eodem loco iussa nomen putauit, exponitq; iussa
id est, deorum responsa, cum iussa sit participium.

¶ Remq; prolemq; Et decus.) Versus est hiper
meter. Ceterum ego exponerem, Rem, id est, diuitias,
prolem, id est, liberos: decus, id est, imperium.

¶ Quæq; Auentinum tenet, Algidumq;
Quindecim Diana preces uirorum.) Hæc car
mina ac sequentia ad finem usq; magnam habent et ob
scuritatē, et difficultatē. Porphyrio ait: Hic quoq;
ex superiore sensu per zeugma, si particulam arcesse
rat, et eo quidem modo nullus fit sensus absq; altera hu
ius propositionis parte. Ideoq; alij, si, repetunt, sed cū
uerbis priorum carminum, si Diana æqua uidet palati
nas arces, curet preces quindecim uirorum, pro curas
bit, ut illud pro roget prorogabit Acro exposuit, non
inepte

inepte meo quidem iudicio. Et solent Poëtae quandoque modos ac tempora propter carmen confundere. Vltimum autem uersum Sapphicum cum Adonico, ut Acro exponat non uideo: & Porphyrius mutilus est commentarius. Alij autem non chorus Phœbi exponendum putant, sed supplenda quaedam: ut sit ordo, Chorus puerorum puellarumque, doctus dicere laudes Phœbi & Dianæ, reportat etiam domum bonam certamque spem, ut ego. Sed in hoc toto carmine uidetur popularis esse stilus, quemadmodum in Prologis Terentij aliam, quam in ipso actu uidemus phrasin.

FINIS ANNOT. IN EPOD. LIB.

IN Q. HORATII

ARTEM POETICAM, HEN. GLAR.

REANI ANNOT.

Pisones Calphurniorum cognomen, eximia familia, uiri que ex ea plures, maxime post bellum Macedonicum: inter quos L. Calphurnius Piso C. Cæsaris socer: & C. Piso Ciceronis gener. Prioris meminit Plutarchus in Cæsare: Posterioris ipse Cicero de claris oratoribus. Sed ego malim de ijs, qui sub Augusto uixere Pisonibus, Lucio ac Cn. uiris consularibus intelligere. De Lucio plane intelligit Porphyrio. Filij, ut uocati, non legitur. Itaque ad patrem Lucium Pisonem ac eius filios scripsisse satis claret ex sequentibus Poëte uerbis: Maxima pars uatum Pater, &